Demnach Hertzog *Sigmund* vermelte Pfandtſchafft Hertzog *Caroli* ynſatzt, ordnet er von Stund an einen Landtvogt gen Bryſach Inn die Statt der was ein Riter genempt herr *Peter von Hagenbach* ſchlechts harkommens der erhub ſich aber vntraglich gegen vnd vber denn Adell vnd daſz Landtvolck Inn Oeſter-

„ uetios omni modo laceſſens. Prouinciae itaque oppig-
„ neratae prioris ſui Principis opem implorant. Venit *Si-*
„ *gismundus* Baſileam, vbi Electoris Palatini, Marchionis
„ Badenſis, Baſilienſis & Argentinenſis Antiſtitum, Alſa-
„ tiae, Heluetiaeque ciuitatum legati ad eum aduolant, re-
„ demtionem terrarum oppigneratarum vno ore petentes.
„ Pretium reluitionis Argentinenſes & Baſilienſes ſuppedi-
„ tant, quod Carolo recuſanti oblatum, Baſileae depoſitum
„ eſt. Armati in Carolum Heluetii ab Imperatore Fride-
„ rico, militem aduerſus eum ducente, in auxilium vo-
„ cantur. Fidelem hi nauant operam Caeſari, & non
„ modo Noueſium obſidione cinctum, liberare tentant, ve-
„ rum etiam Elicurtium, Burgundiae Comitatus oppidum,
„ aggrediuntur. Carolus cum Imperatore pacem foedus-
„ que init, nulla Heluetiorum facta mentione. Sigismundus
„ autem haereditarium cum eis foedus pangit, Alſatiae ci-
„ uitatibus & Lotharingiae Duce in illud aſſumptis. b)
„ *Hagenbachius* vi comprehenſus Briſaci an. 1474. capite
„ plectitur, terrasque oppigneratas omnes Sigismundus
„ paulatim recipit, miniſterio *Hermanni ab Eptingen* vſus,
„ qui prouincialis iſtarum terrarum Aduocatus euaſit. c)
„ Burgundus ira furens Renatum Lotharingum Ducatu ex-
„ pellit. Inde in Heluetios, qui Nantuates, Caroli ſocios,
„ aggreſſi fuerant, mouet; at an. 1476. ad Granſonium
„ & Moratum bis victus, cumque Lotharingiam, a Renato
„ recuperatam, iterum inuaderet, a concurrentibus Lotha-
„ ringis, Heluetiis & Alſatis ad Nanceium an. 1477. pro-
„ ſtratus occubuit. d) „

b) „ *Leibnit. Cod. Diplom. Tom. II. Part. II. pag. 102.*

c) „ Infra in Aduocatis Auſtriacis Alſatiae ſup.

d) „ *Petri de Blarroriuo Nanceis Lib. VI.*

Add. V. C. *Ioan. Rud. Iſelii* Iur. Prof. in acad. Baſil. celeberrimi *Diſſertatio hiſtorica, geſta inter Sigismundum archiducem Auſtriae, & Carolum pugnacem ducem Burgundiae breuiter exponens:* Baſil. 1737. 4. Mentio *Hagenbachii* fit in *analect. acad. Friburg.* p. 121. & 271.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/amoenitates_literariae_friburgenses1776a/0169 gefördert durch die DFG
© Universitätsbibliothek Heidelberg